

aitis egenos terre dicētes. Quādo tran-
sibit messis ⁊ uenudabimus merces: ⁊
sabbatum ⁊ aperiemus frumentū: ut im-
minuamus mensuram ⁊ augeamus si-
cium: ⁊ sup̄ onamus stateras colofas ut
possideam⁹ in argento egenos: ⁊ paupe-
res pro calciamentis: ⁊ quisquilas fru-
menti uendamus. Iurauit dñs in sup̄-
biam iacob: si oblitus fuero usq; ad finē
omnia opa eorū. Nunquid sup̄ isto non
commouebitur terra: ⁊ lugebit oīs habi-
tator eius. Et ascēdet q̄i fluius ynuice-
sus ⁊ eicietur ⁊ defluet q̄i riuus egypti.
Erit in die illa dicit dominus: occidet
sol meridie ⁊ tenebescere faciam terram
in die luminis. Et conuertam festiuita-
tes uestras in luctū: ⁊ omnia cantica uestra
in planctum. Et inducā super omne
dorsum uestrū sacco: ⁊ sup̄ omne caput
caluitium. Et ponam eā q̄i luctum in yni-
geniti. ⁊ nouissima eius q̄i diem amarū.
Et ecce dies uenit dicit dominus ⁊ emit-
tam famē in terram. non famē panis ne-
q; sitim aque. sed audiēdi uerbū domini.
Et commouebūtur a mari usq; ad mare
⁊ ab aquilone usq; ad orientē circū ibū-
quentes uerbū domini ⁊ nō inuenient.
In die illa deficiēt uirgines pulcre et
adolescentes in siti: qui iurant in delicto
samarie ⁊ dicunt. Quirit deus tuus dan
⁊ uiuit uia bethabee. Et cadent ⁊ non re-
surgent ultra.

IX.

Uidi dñm stantem super altare.
Et dixit. Percute cardinem et
commoueantur sup̄liminaria.
Auaricia enim in capite omnū ⁊ nouis-
simū eorū in gladio interficiam. Nō erit
fuga eis: ⁊ qui fugerit ex eis: nō saluabi-
tur. Si descenderint usq; ad infernum:
inde manus mea educet eos: ⁊ si ascen-
derint usq; in celū inde detrahā eos.
Et si absconditi fuerint in vertice carney-
li: inde scrutans auferam eos: ⁊ si celaue-
rint se ab oculis meis in pfundo maris:
ibi mandabo serpenti ⁊ mordebit eos. Et

si abierint in captiuitatem coram inimi-
cis suis: ibi mandabo gladio ⁊ occidet eos.
Et ponam oculos meos super eos in ma-
lum ⁊ non in bonum. Et dominus deus
exercituum qui tangit terram ⁊ tabescit:
⁊ lugebunt omnes habitantes in ea. Et
ascendet sicut riuus omnis: ⁊ defluet si-
cut fluius egypti. Qui edificat in celo
ascensionem suā: ⁊ fasciculū suū sup̄ ter-
ram fundauit. Qui uocat aquas maris
⁊ effundit eas sup̄ facies terre. Domini
nomen eius. Nunquid nō ut filij ethio-
pum: uos estis mihi filij israel ait dñs.
Nunquid nō israel ascendere feci de terra
egypti: ⁊ palestinos de cappadocia: ⁊ sy-
rios de cyrene. Ecce oculi dñi dei sup̄ re-
gnum peccans: ⁊ conteram illud a facie
terre. Uerū tamen conterens nō conterā
domum iacob dicit dñs. Ecce enim mā-
dabo ego: ⁊ concitiam in oībus genib; domū
israel sicut concitatur triticū in cri-
bro: ⁊ nō cadet lapillus sup̄ terram. In
gladio morientur oēs peccatores populi
mei: qui dicūt: nō appropinquabit ⁊ non
ueniet super nos malū. In die illa susci-
tabo tabernaculum dauid quod cecidit ⁊
reedificabo aperturas murorum eius: et
ea que corruerant instaurabo. Et reedi-
cabo eū sicut in diebus antiquis: ut pos-
sident reliquias idumee ⁊ omnes na-
tiones: eo q̄ inuocatum sit nomen meū
super eos dicit dominus faciens hec. Ecce
dies uenit dicit dñs ⁊ comprehendet
arator messozem: ⁊ calcator uue mittentem
semen. Et stillabūt montes dulcedi-
nem: ⁊ omnes colles culti erūt. Et puer-
tam captiuitatez populi mei israel: ⁊ edi-
ficabūt ciuitates desertas: ⁊ inhabitabūt
⁊ plantabunt uineas: ⁊ bibent uinū ear; ⁊
facient hortos ⁊ comedent fructus eorū.
Et plantabo eos super humū suaz
⁊ nō euellam eos ultra de terra sua quaz
dedi eis: dicit dñs deus tuus.

¶ Explicit Amos propheta.